



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Oratio Panegyrica Habita In Sacra Aede B. Mariae
Aspricollensis Ipso Festo Assumptionis ejusdem Die**

Venne, Franziskus vanden

Mechliniae, 1663

Gvilielmvs De Blitterswyck Libellorum Domus Regiae Magister, Magnique
Concilii Senator Francisco Vanden Venne Ecclesiae Metrop. Mechl.
Praeposito S. P. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12159

GVILIELMVS
DE
BLITTERSWYCK
 Libellorum Domus Regiae Magister,
 Magnique Concilii Senator
FRANCISCO
VANDEN VENNE

Ecclesiæ Metrop. Mechl. Præposito

S. P. D.

ADM. REVERENTE, PRÆSTANTISSIMEQUE DOMINE,
 AMICE INTEGERRIME,


*Esiderium tuum mandati mihi loco esse
 cupio, cui ecce lubens pareo, & sic In-
 scriptiunculam illam meam, ut ut extem-
 pore fusam, adeoque rudem totam ac in-
 concinnam, in Symbolum quoque confero;
 cui tres alias, ex quorundam Amicorum voto, junxi :
 quibus à septennio jam exacto, in exaltatione tanti Pon-
 tificis nostri, ad Ruræ Ostium, ubi tum Senatorem
 agebam Regium, exultavi. His certè suppleri poterit,
 quod alteri deest, ad quam me animarant tot insignes
 Parnassi somniatores, qui pretiosum hunc Tapetem tam
 ingeniose*

ingeniosè decantarunt; tum præsertim elegantissima illa Tua Oratio, quam ubi inter plura Auditorum, ab ore Tuo facundissimo pendentium millia, auribus meis, exceperam, continuo typis dignissimam judicavi: sed utinam prælum, quod verba exprimet, referre nobis queat, vultum illum tuum suavem nec minus gravem, gestum affectibus tuis proprium, & accentum molliter acutum, quo tam belle in Monte Acuto perorasti! Non minorem profectò Praeconem Maximi Pontificis summa poscebant merita ac virtutes; non minorem Orationem Ipsa Dei Mater, quo solo Nomine cunctos ejus laudes compleo, ac sic finio.

Mechliniae ipsâ Divi Tutelaris
mei luce. CIC. LXIII.

Sanctissi-